



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Sanatur. 12

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

collantibus humeris in patriam
reportant; obsequio vel in fratri-
bus memorando.

II Ibi cùm per diù in morbo cu-
baret, re ad summum vitæ discri-
men adductâ, insperato propi-
tium habuit Numen. Ipso enim
Apostolorum principum perui-
gilio, beatus ad illum Petrus as-
pectabili ore inuisit: ac veluti
medicâ manu ægritudinem de-
terfisset, fugientem iam è corpo-
re animam retinere, morbiq̃ue
crescentis pertinaciam flectere
incepit. Coluerat quippe hunc
IGNATIVS principe studio; tute-
lamq̃; adoptârat. 12 Nec diutius
factum, & ab eo dein aspectu cõ-
ualefcit. Ceterùm quâ erat ele-
gantiâ Iuuenis, vbi aduertit cla-
uum infra genu, malè coaliti os-
sis vestigium, eminere; eamq̃ue
rem impediendo ocrearum de-
cori esse: nihil cunctatus iussit,

quidquid eius emineret, ad viuum refecari. Inter quos ille cruciatus ita duravit, vt, nobilitate Spartana, ne gemitum quidem ederet, aut oris hilaritatem colore mutaret. 13 Sed necesse tamen habuit, donec rediuiuum vulnus in alteram cicatricem coiret, lectulo hærrere. Ibi, fallendi temporis, libellos institit petere, quorum lectitatione pridem insueffet: eos arbitratus, qui Equestria, & hoc genus profana ludicra commentis facerent. Verum opportunè factum, vti, quum id temporis ea fabularum mendacia domi nusquam essent, horum vicem duo melioris argumenti codices ægro ferrentur. Altero vita resque à Christo domino gestæ; altero ab cælitibus reliquis facta facinora perscribentur. 14 Hos ille versare primùm otiosus aggreditur: post ea lectio in voluptatem vertit; cæditque animus

nimus